

*66. Instrumentum donationis
di Maffeo de Bono Infante in
favore di Giovanna sua nipote*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*66. Instrumentum donationis
di Maffeo de Bono Infante in
favore di Giovanna sua nipote*

1370-01-21

(c. 469r) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate ipsius millesimo tricentesimo septuagesimo, regnante serenissima domina nostra domina Iohanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue, ‹Provincie et Forcalquerii ac› Pedimontis comitissa, regni vero eius anno vigesimo septimo feliciter amen, die vigesimo primo mensis ianuari, octave indicionis, apud civitatem Potentie.

Nos Iacobus de Asduo de eadem civitate Potentie ‹annalis iudex ipsius civitatis, Antonius notarii Perri de terra Diani per provincias Terre Laboris , comitatus Molisii, Principatus citra , ultraque serras Montorii, Basilicate et totius ducatus Calabrie publicus regia et reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico instrumento notumfacimus et testamur quod constitutus in nostri presentia et testium subscriptorum magister Mafeus de Bono Infance de eadem civitate Potentie, considerans grata et accepta servitia sibi prestita ut dixit per Iohannam filiam quondam...‹sic› et // (c. 469v) uxorem Palmerii Baudarii de eadem civitate Potentie, neptem suam volensque in recompensatione beneficiorum et servitiorum ipsorum redimi, Iohannam in aliquo providere, sponte, pure, publice et bona fide, donationis titulo inrevocabiliter inter vivos donavit et tradidit eidem Iohanni et eius heredibus tamquam benemerito ‹sic›, presenti et recipienti pro se et suis heredibus, possessiones subscriptas, videlicet: vineam unam quam habet et tenere et possidere se di[x]it in tenimento dicte civitatis Potentie, in contrata Vallonis Bernardi et iuxta vineam a duabus partibus ipsius donatoris et ab alia parte est finis terre heredum quondam

domni Mathei de Stampis, a parte inferiori est finis vinee Nicolai de Avellano mediante sepe comuni; item medietatem omnium terrarum quas dixit habere in eadem contrata pro indiviso cum eadem donataria, in fine medietate <sic> ipsius donatoris, ab alia parte est finis terre ecclesie Sancti Girardi, ab alia parte sunt terre diacoli Angeli de Cancellario, ab alia parte sunt terre Antonii de Amidola, ab // (c. 470r) alia parte est vinea Mangiarelli de Guallarella, ab alia parte est finis predictus vallonus de Bernardo<sic>, nec non et medietatem pro indiviso unius terre quam dixit habere in eadem contrata ultra dictum vallonem, in fine ab una parte sunt terre d[e] demanio et siqui alii sunt confines, cum introitibus et exitibus earum omnibus et cum omnibus in ipsis habitis et contentis in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione ex ipsis rebus sibi competentibus in perpetuum ad habendum, tenendum, possidendum, alienandum et faciendum in eis rebus et de eis quicquid ipsi Iohanni <sic> et suis heredib[us] deinceps et perpetuo placuerit faciendum; quas res donatas predictus magister Maffeus donator promisit eidem Iohanni <sic> donatario <sic>, stipulatione solemne, ab omni persona defendere, guarentire, autorizare atque disbrigare sub pena extimationis dupli ipsorum bonorum donatorum, ad quam se et heredes suos proinde soleniter obligavit; cuius pene medietas // (c. 470v) reginali curie vel alteri cui reclamatio facta fuerit aplicetur et reliqua dicte Iohanni <sic> et suis heredibus persolvatur. Quam penam ego predictus notarius pro parte curie et dicta Iohanna pro se et suis heredibus fuimus sollemniter stipulati [sem]per et omni tempore ratum, gratum et firmum tenere et in nullo contrafacere vel venire sub pena predicta; et <de> hiis

bonis donatis dicta Iohanni <sic> eidem magistro Maffeo donatori dum vixerit in humanis tantum tenere dare et reddere quolibet anno, tempore recollectionis flumenti sive m[e]ssium frumenti puri ad tumulum, tumulos tres mensurandi ad generalem tumulum dicte civitatis Potentie; et renunciavit dictus magister Maffeus donator sollemniter et ex patto beneficio legis dicentis donationis ob ingratitudinem revocari, exceptioni servitorum non receptorum, exceptioni doli mali, metus, in factum, rei aliter geste quam presenti contractu continetur, beneficio iuris civilis, // (c. 471r) constitutionarii, canonici, longobardi, scripti et non scripti, privilegiorum et rescriptorum inpetratorum et inpetrandorum et cuiuslibet alterius iuris auxilio quod eidem donatori posset in premissis vel aliquo premissorum iuvamen aliquod impartiri, certioratus de predictis beneficiis, exceptionibus et auxiliis <quibus se> posset iuari; pro quibus omnibus observandis et adimplendis ut dicta sunt dictus magister Maffeus donator eidem Iohanne donatari[e] sponte inprestitit ad sancta Dei evangelia corpora[liter tac]ta d[e]bitum iuramentum. Unde ad futuram memoriam et tam dicte Iohanne eiusque heredum cautelam presens publicum instrumentum exinde factum est, scriptum per manus mei predicti notarii, signis et subscriptionibus cum qui supra iudicis et subscriptorum testium roboratum.

1

2

Così S per Asclo (dal seguito e da doc. coevo)
Così S per Infante

6

3

4

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego predictus notarius quia premissis
rogatus interfui et meo solito signo signavi. (SN) Ego
Iacobus de Asclo iudex Potentie qui supra // (c. 471v)
Ego presbiter Antonius de Vitellis testis interfui Ego
presbiter Robertus de Turturella testis interfui Ego
presbiter Nicolaus de Aquila testis interfui

Così S per? receptorum

Così S per diaconi

Così S per? Maczarella de Quallarella (da docc. coevi)

Così S per tenetur

Così S per frumenti

Così S per mei

Così S per Iohanne (qui e in seguito, segnalato da <sic>)